



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

79. De fontibus sacris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De fontibus sacris. *Vnde suprà.*

Hincmar. Capitula an. 852. c. 3.  
Burchard. lib. 4. c. 13.  
Capitulare Ahytonis c. 7.

LXXXIX. Presbyter qui fontes lapideos habere nequiverit, vas conveniens ad hoc solummodo baptizandi officium habeat, quod nunquam extra Ecclesiam deportetur. Similiter ad corporale lavandum & ad pallas altaris propria vasa habeantur, in quibus nihil aliud fiat. [ *Vide infrà cap. 271. hujus libri.* ]

Ut nullus Presbyter absque vestimentis sacerdotalibus præsumat Missam cantare.  
*Ex Concilio Remensi.*

LXXX. Nullus Presbyter sine amictu, alba, & stola, & fanone, & casula ulla tenus Missam celebrare præsumat. Et hæc sacra vestimenta mundissima sint, & in nitido loco intra Ecclesiam collocentur. Nec Presbyter, cum his induitur, extra Ecclesiam exeat; quia hoc lex divina prohibet.

Ut nullus Presbyter in vuadium sacrata vasa vel vestimenta mittat. *Vnde suprà cap. xi.*

Hincmar. in Capitulis datis an. 852. c. 11.  
Burchard. lib. 3. c. 104.  
Capitulare Theodulfi c. 18.

LXXXI. Ut nullus Presbyter præsumat calicem vel patenam vel pallium altaris vel vestimentum sacerdotale aut librum tabernaculo vel negotiatori aut cuilibet laico vel feminæ in vuadium dare, nisi justissima necessitate urgente: quia tanta est sanctitas sacri ministerij, ut salva altioris mysterij intelligentia, etiam per Prophetam Dominus prohibuerit ne cum sanctis vestimentis sacerdos procedat ad populum, sed intra sancta illa dimitat, <sup>3</sup>